



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu  
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas  
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.  
tribunali animam Deum verè quærerentem paternè ...**

**Eisvogel, Veremund**

**Augustae Vindelic., 1727**

XV. Ad Cœlibes & Virgines.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](#)

*Instructio meritoria.*

Sit vobis commendata Benedictinæ Gertrudis pietas, & praxis, quæ sèpius per diem flexis genibùs hìscē obtestata Deum: *Fiat in me, de me, per me, circa me, & circa omnia mea, sanctissima voluntas, in tempore, & æternitate. Chara!* sola Dei voluntas, ille est digitus, quò Deus appendit, regit, & continet orbem terrarum.

## EXHORTATIUNCULA XV.

Pro Cœlibatum, & Virginitatem colentibus, atque voventibus.

## I.

CHARISSIME! optimam partem elegit, dum soli Christo adhærere, & in statu Virginitatis vivere, & mori decrevit. *Virginitatis enim dignitas* (ait D. Chrysost.) *quarenda non super terram, sed in Paradiso est.* Si in Paradiſo: quid jam amplius vobis cum sèculo, aut aliò sensuum oblectamento? *Virginibus Christus insidet, loquitur S. Hier.* ergò & tenendus, ne vanitas rapiat.

*Instructio meritoria.*

Si titillent mundi gaudia; si instanter alliciant sensuum irritamenta, corporis solatia, & delectamenta, procidamus coram Crucifixo, filialiter protestantes: *Dixi! Furavi! Deliciae meae sunt esse cum Deo, & Jesu Christo.* Mox subjugatur Canticum: *Benedicite omnia opera Domini Domino &c.* Cui & hunc versiculum inseramns: *Benedicite omnes beati mundo corde,*

& renuntiantes seculo. Virgines semper collo.  
quuntur Domino. S. Hier.

## II.

**D**ilecte! ò quid vobis Spiritus sanctus! Flo-  
rete flores quasi lilyum (sunt illius monita)  
date odorem, frondete in gratiam, benedicite Do-  
minum in operibus suis. Ecce! quæ obligatio  
vestra? quam magna, & sublimis! Ut implea-  
tis, florete, & constantes estote in vitâ piâ, so-  
briâ, & justâ. Inde stabit vestra salus, & Dei  
gloria.

*Instructio meritoria.*

Sed & hoc possumus, mi fili! si in cultu Ma-  
riano, & amore Reginæ Virginum, Intemeratæ  
Matris fuerimus devotissimi. Huic à manè per  
quinque Ave nostrum S. Virginitatis proposi-  
tum commendemus, & per diem cor sæpius  
signantes dicamus: Per S. Virginitatem, &  
immaculatam Conceptionem conserva cor, &  
animam meam ab omni macula in Nomine + Patris  
& Filii + & Spiritus + sancti. Amen. Quid  
facilius?

## III.

**S**Ex sunt, quæ incorruptam conservant Virgi-  
nitatem: 1. sobrietas. 2. operatio. 3. a-  
speritas cultûs. 4. inhibitio sensuum. 5. raritas  
sermonis. 6. evitatio occasionum. Ita Cassio-  
dorus. Fili! capimus ista? Nobis sunt dicta.  
Teneamus, ne thesaurum cordis amittamus!

*Instructio meritoria.*

Periclitatur de thesauror, qui hunc portat pu-  
blicè

blicè in via. Sapienter S. Bernardus : *Solent Virgines, quæ verè virgines sunt, semper esse parvula, &c, ut cavenda fugiant, etiam tuta pertimescere.* In publico tutum nihil. Ergò lateamus, & cum choro sanctorum Virginum jam jam cum Christò Jesu sponsō suō amabilissimō regnantium in cœlo, hodiè soli agamus, cantantes hymnum : *Jesu! corona Virginum, quem Mater illa concipit &c.* Sequamur Agnum. quocunque ierit! Errabimus nunquam.

## EXHORTATIUNCULA XVI.

## Ad Innocentes, &amp; Parvulos.

## I.

**N**Emo ad virtutem, & Dei gratiam aptior vobis, mi parvule! Hinc vox Jesu suavissima: *Sinite parvulos venire ad me!* Veniat ergò, & occurrat Deo suo! Veniat! sed per submissionem, & reverentiam erga suos parentes: per taciturnitatem, & modestiam in templis: per fugam à malis sociis. Parvule! Qui placent ista?

*Instructio Meritoria.*

Non aberrabit ab hac doctrina, si vestra erga SS. Angelos Custodes devotio fuerit constans, & quotidiana. Ideò à manè excitatus statim fletat, & novem Ave recitet cum amoris suspirio. *Sancti Angeli Custodes nostri, defendite nos in pælio, ne pereamus in tremendo iudicio.*

II. 5

II. Fili